



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

... Quadragesimale, Das ist ... zweyfache Predigen/ Für alle Sonntäg/
Mittwoch und Freytäg ... in der Fasten ... Erster Theil

Barcia y Zambrana, José de

Augsburg, 1719

Censura, Et Approbatio Reverendi P.Fr. Magistri Jacobi de Scalante Ponce
de Leon Ordin. Minim. Lectoris Jubilati, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76477)



CENSURA, ET APPROBATIO

Reverendi P. Fr. Magistri Jacobi de Scallante Ponce de Leon Ordin. Minim. Lectoris Jubilati, Qualificatoris S. Officij olim Vicarij Generalis, & Visitatoris Provinciarum Castellianæ & Hispalensis, atque hujus Granatensis; & bis illius Provincialis, modo verò in dicta Urbe Granata Conventualis in Conventu ad Dominam nostram de Victoria:



Uxtra Mandatum Domini Doctoris Doni Francisci Ruiz Noble Canonici Doctoralis in sancta Ecclesia Metropolitana hujus Civitatis Granatensis, Provisoris, Judicis, & Vicarij Generalis dicti Archiepiscopatus &c. vidi; & attentè, quin & devotè legi *Quadragesimam Sermonum Doctrinalium*, quam ad typum dare cogitat Doctor Doni Josephus de Barzia & Zambrana sancta, ac Insignis Ecclesiæ Collegiatæ in Monte sancto juxta dictam civitatem Canonicus, & Sacræ Theologiæ positivæ Professor Ordinarius &c. non autem invenio quidquam, quod censuram mereatur, bene verò ingentes pro totoque populo Christiano utilitates. Quia de causa debitis authoritatis operam meam omnem hic quidem impendere deberem, nisi intimo nossem, quantam eam insigni illius humilitati paritura essent molestiam. Cui accedit, quod scripti ejus Sermones, atque vitæ exemplum magnum ejus spiritum, & præclaras, sanctasque, quas in scribendo, prædicandoque exercet, virtutes, magnis vocibus declament, atque deprædicent. Quamobrem gratias Deo ago quam plurimas, quod tam grandem ipsi contulerit spiritum, quem ille etiam incessanter scribendo, atque prædicando exercet, tanto cum animarum emolumento, tamque elato, & Apostolico stylo, ut nemo ita rudis, & incapax possit accedere, quin doctrinam Evangelicam intelligat; neque exin excusare se valeat, si eam non perfecit. Quod tamen in extremo judicio multis obviabit præconibus, quibus dicitur, quod quidem auditi sint, sed in doctrina Evangelica minime intellecti; quippe quam prædicaverunt stylo vel nimium culto, vel nimium critico, & mordaci, vel certe nimium tinniente! cum interim scriptor, aut Præco Evangelicus totus in eo fuisse debeat, ut prædicaret, & feriret corda audientium, & non placere, vel aures delinire contenderet, prout S. Hieronymus effatus est: *Ut non clarior populi, sed gemirus suscitetur.* Quandoquidem stylus iste Criticus, aut floridus, quo nostra ætate Concionatores plures in suis sermonibus utuntur, profecto occultum quoddam quidem sed nihilominus acerrimum contra Dei verbum bellum est; nam licet equidem sermo DEI sit penetrabilior omni gladio ancipiti, non tamen corda ferit, si acies ejus obtunditur, & cælestis illa * Bombarda clavus configitur, ne divinum effectum suum fortiri valeat, sed soluhimodo delemulcendis auribus defervire cogatur.

Hieron. epist. ad Heliodor.

* Wann das Stück vernaglet wird.

Heu! quanta apud sanctos Patres adversus occultam hanc dæmonis, quam per ipsos Prædicatores Evangelij molitur, militiam lamentatio! Quando nempe, dum res gravissimas, quales sunt res fidei nostræ, & sancti Evangelij, tractare deberent, illas per, nescio quæ, Hieroglyphica, & poetarum fabulas exponere nituntur, ita ut vix litteratissimus quisque assequi eos valeat! Quam eloquentiam ita taxat S. Hieronymus: *Jam enim; inquit sanctissimus doctor, in Ecclesia ista queruntur amissæque Apostolicorum simplicitate, & puritate verborum; quasi ad theatrum; & auditoria convenitur, ut plausus circumstantium excitentur, ut oratio Rhetoricæ artis fucata mendacio quasi quadam meretricula procedat in publicum non tam eruditura populos, quam favorem populi questura.* Similem querelam mo-

Hieron. præc. lib. 3. in Epist. ad Galat.

APPROBATIO.

vet S. Gregorius Nazianzenus modis omnibus damnans modum illum loquendi à profanis nostris ad sacra pulpita translatum, atque ex comœdijs ad Ecclesiæ cathedras profectum, ita ut non jam in scena spectatus placeat actor, sed etiam in cathedra Evangelij Præco. *Genus quoddam politices effectum*, inquit sanctissimus Pater, à foro ad sancta translatum, à theatris ad abdita sacra, ut si audacius loqui liceat, dua jam sane sint, hoc discrimine inter se distincta, quòd illa, scilicet profana, omnibus pateat, hæc quibusdam: illa videatur, hæc honore floreat; illa demumque theatra, hæc spiritualis nominetur. At S. Joannes Chrysoſtomus auditoribus illis vehementius se succensere minimè dissimulat, qui sibi mordaces ejusmodi, & tinnientes sermones haberi volunt, manifestèque edicit, hoc in ruinam tendere Ecclesiæ DEI: *Subvertit Ecclesias*, ait os aureum, quòd auditores velint audire sermonem, non qui compungat, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu (hoc est enim proprie tinnire) & verborum compositione tanquam Cytharedis, & cantoribus operam darent, & pravo populi studio prædicatores obsequantur. Hujusmodi ergo cultis, criticis, mordacibus, & tinnientibus Concionatoribus plurimum olim obveniet malum, seraque pœnitentia, siquidem in mortis articulo dæmon ex hoc ipso aggere; quòd nempe DEI verbum adulteraverint, & sanctum ejus Evangelium indignè habuerint, amplius eos infestabit, quàm ob multa alia peccata, quæ commiserint. Sic ego sentio, pariterque puto imprimi debere librum, de quo est quæstio; habet enim sermones doctrinales populo Christiano plurimum proficuos, haud secus atque alij ejusdem authoris præcedentes. Dedi in Conventu Dominæ nostræ de Victoria Granatæ. 4. Julij Anno 1654.

Greg. Naz.
orat. de
S. Athan.

Chryf. ho.
30. in Act.
Apost.

Frater Jacobus de Scalante Ponze
de Leon.

LICENTIA ORDINARII.



Go Doctor D. Franciscus Ruiz Noble Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Granatensis Canonicus Doctoralis, Provisor, & Archiepiscopatus hujus pro Illustrissimo Domino Don Fr. Alphonso Bernardo de los Rios, & Guzman Domino meo Archiepiscopo Granatensi Regiæ Majestatis Consiliario &c. Vicarius Generalis &c. quantum me concernit licentiam do, ut imprimi possit liber, cujus titulus *Quadragesima Sermones Doctrinales* &c. Tom. I. quem composuit Doctor Don Josephus de Barziæ & Zambrana insignis Ecclesiæ Collegiatæ in sancto Monte Urbis hujatis Canonicus, & Scripturæ Professor Ordinarius: Quia à Rev. P. Fr. Magistro Jacobo de Scalante cui illum legendum commissimus, probatus est, atque ex illius approbatione constat, quòd nihil contra sanctam Catholicam fidem, ac bonos mores contineat, sed potiùs publica luce dignissimus sit. Datum Granatæ 5. Julij. Anno 1684.

Doctor Don Franciscus Ruiz Noble.

Ad Mandatam Domini Provisoris

Christoval de Leon. N.

PRIVI.